



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Woldenberg die Urbede auf 2 Jahre,  
am 10. Dezember 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](#)

XI. Markgraf Ludwig vereignet dem Lüdkin, Bürger in Friedeberg, gewisse Hebungen zur Übertragung in kirchlichen Gebrauch, und legt ihm für die Verwaltung des Landgerichtes Einkünfte bei, am 10. Oktober 1338.

Anno M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVIII<sup>o</sup>, in Soldin, in castro Dyonisi. Nos Ludouicus etc. Discreto viro Ludkino, civitatis nostre Vredenberg ciui, sincere nobis dilecto, IX solidos denariorum Brandenburgenium cum VII denariis annue pensionis in mansorum et arearum censibus annuis, quos ob salutem sui et heredum sibi succedentium altari dotando in ecclesia ibidem proponit et intendit applicare, appropriamus et appropriamus per presentes, pro qua quidem appropriatione idem Ludkinus tria frusta cum dimidio denariorum Brandenburgenium annue derivationis in pensione ville dicte Garrik nobis heredibusque nostris libere dimisit, deputauit et renuntiando frustis eisdem renuntiatione publica expressius assignauit. Deputamus etiam sibi ob id, ut iudicium provinciale tamquam iudex legitimus fideliter regat et dirigat, tres marcas argenti Brandenburgensis et pondereis in consistorio ciuitatis nostre predicte singulis annis percipiendas et tollendas temporibus solummodo vite sue. Annuimus etiam sibi ex favore singulari, ut, dum ipse eidem iudicio egritudinis vel alio legitimo casu prepeditus preeesse non valebit, quod alium ydoneum ipsius loco statuere poterit, quounque a casu sibi tunc obstante fuerit relevatus. In cuius etc. Testes Bortuelt, Yfoldesrider, Heylo, Bet. de Ost, milites, Hasso de Wedel senior, Ty. de Brederlo cum ceteris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchivs (I. C. 4 in quarto).

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Waldenberg die Urbede auf 2 Jahre, am 10. Dezember 1340.

Nouerint vniuersi presentia inspectori etc. Quod nos Ludowicus etc. Relaxauimus prout dentibus viris consulibus ciuitatis Waldenberg, fidelibus nostris dilectis, pensionem annuam solitam nobis debendam a festo beati Martini proxime venientis per duos annos continuos, sic quod nobis nec vlli officiatorum nostrorum ipso durante tempore ad vllius pensionis solutionem teneantur, et presentibus decreuimus relaxare. Volentes tamen, ut iidem eiusdem pensionis derivationem in munimenta muros et fossata ipsius ciuitatis euidenter dirigant et conuertant. In cuius etc. Testes Conradus dux de Tecke, Guntherus comes de Swarzburg, Io. de Buch, H. Rischach, nostre curie magister, Albertus Wolfenstein, Helo, Marschalcus, cum ceteris. Datum Sandow, anno domini M. CCC. XL., die dominica post diem beati Nicolai episcopi.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchivs (I. C. 4 in quarto).